BOETHIUS

Heiligenkreuz, 2. Hälfte 12. Jh.

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=30297
Copyright: Heiligenkreuz, Zisterzienserstift

Undecimum genus iambicum anacreontium constans dimetro cathalectico. Cui secundum usum subposuit ferecratium, quod paulo ante memoravi. Hoc usus est semel ita. Quisquis volet perennem Cautus ponere sedem.

Duodecimum anapesticum paremiacum est, quod constat dimetro catalectico. Utitur hoc bis ita. Felix nimium prior etas. Quisquis se volet esse potentem.

Terciumdecimum saphicum continuatum, quod bis posuit ita. Novimus quantas dederit ruinas. Bella bis quinis operatus annis. Quorum unus id dimetro adonio terminasset, ita sidera donat.

Quartumdecimum iambicum archilocium constans dimetro acatalecto. Huicque subiectum iambicum archilocium constans dimetro acatalecto. Quo semel utitur ita. Quicumque sola mente p. p. Summumque c. gloriam.

Quintumdecimum faliscum constans tribus dactilis et pirrichio, quod in uno tantum fecit loco. Qui fertur ingenuum v. x.

Sextumdecimum iambicum archilocium constans trimetro acatalecto, ut supra memoravi. Cui mixtum est elegiacum, ita ut supra exposui constans. Hoc usus est semel ita. Quamvis fluente dives auri gurgite. Non expletas cogit avarus opes.

Septimumdecimum faleucium posuit, subiecitque ei dactilum archilocium tetrametrum catalectum, qua varietate semel utitur ita. Quamvis se tirio superbus ostro Comeret et niveis lapillis. In quo pro spondeo sive dactilo imparibus locis trocheum repperies.

Octavumdecimum dactilum alcmannium constans trimetro ypercatalecto. Ypercatalectus autem versus est cui sillaba super est. Huicque subiectum est ferecratium, quod ita constat ut supra dixi: spondeo, dactilo, spondeo. Sed in loco primo pro spondeo ponit anapestum, quo regulam incentinet. tenditam. Invenimus hoc genus semel ita. Omne hominum genus in terris simili